4641 tabula marmorea mutilata, a. 0,73, l. 0,605, cr. 0,032. Litterae a. 0,054–0,018. Hac tabula *era chiusa la bocca di un piccolo forno, scoperto in un vano proprio di fronte all' ingresso del teatro.* Exstat gypso infixa in repositis musei Ostiensis.

*?egrili*A · D A P H N E
*feci*T · S I B I · E T
*?a. egri*LIO · P A T E R N O
*aed*ILI · L I C T O R · C V R I
*atio flamini diu*I · VESP · SACR · VOL · K · F · ET *sic*
O · ONESIMO · CONIV
gi *se*VIRO · AVGVSTALI · IDEM · Q · Q
*curato*RI · EORVM · ANNIS · CONTINVIS V
*a. eg*RILIO · MARONI · DIGNISS*imo*
· LIBERTAB · POSTERISQ · EO*Rum*
P · XL · IN AGRO · P · XX

Descripsi versus ineuntes et exeuntes, cetera contuli. Edidit, supplevit, commentario instruxit Vaglieri *Not. d. sc.* 1910 p. 107.

1 in. 3 in. cf. v. 9. — 4 in. deest fortasse vocabulum *patrono* vel simile quid. — 5 *sacr(is) Volk(ani) f(aciundis)* absolute positum; omissum videtur *aedili* vel *praetori* (v. supra p. 573 b, infra ind. VIII D), fortasse errore lapicidae. Cf. etiam Carcopino *Virgile et les origines d'Ostie* p. 46. — 8 cf. supra n. 12 *sevir Augu[stalis --- cura]tor annis [continuis ---]*; 316 *huic VIviri Aug(ustales) post curam quinquennalitatem optuler(unt), qui egit* (sc. curam) *annis continuis IIII*; v. supra p. 5 et p. 672 b fin. — fin. vestigium incertum est, sed videtur fuisse hasta obliqua. — 10 in. *liber*T· ed. — 11 in. *in fron*T· ed.

4642 tabula marmorea marginata, litteris bonis saeculi secundi inscripta, mutilata et in multas partes fracta. Spatium scripturae destinatum a. 0,85, l. 1,35; litt. a. v. 1 m. 0,11, v. 2 m. 0,105, v. 3 m. 0,055, v. 4 m. 0,035, v. 5 m. 0,026, v. 6–11 m. 0,025, v. 12 m. 0,05, v. 13 m. 0,033. Rep. in sepulcris ante portam Romanam; exstat ibidem summa diligentia composita ad viam Ostiensem (Roma venienti a sin.).

C · D O M I T I O · L · F I L · P A L · F*abio*
H E R M O G E N I
E*quiti* ROMANO · SCRIBAE · AEDIL · CVRVL · DEC ADLE*ct.*
FL*am. diui* HADR*ia*NI · IN · CVIVS · SACERDOTIO · SOLVS · AC · PRIMVS · LVD*os*
*scaenic*OS SVA P*e*CVNIA · FECIT · AEDILI · HVNC · SPLENDIDISSIMVS · ORDO · DECVR*ion.*
*fun. publ*ICO · HON*o*RAVIT · EIQVE · STATVAM · EQVESTREM · SVB · SCRIPTIONE · OB · AMOR*em*
*et industr*IAM · O*mne*M · IN · FORO · PONENDAM · PECVNIA · PVBLICA · DECRE*uit*
*inque l*OC*um e*IVS *ae*DIL · SVBSTITVENDVM · NON · PVTAVIT · IN · SOLACIVM · FAB*i pat*RIS
*qu*I OB HONORES *ei habi*TOS · HS · L · M · N · REI · PVBLICAE · DEDIT · EX · QVORVM · VSVRIS · QVINCVN*ci*BVS
*q*VOD ANNIS · XIII · K*al.* AVG DIE · NATALI · EIVS · DECVRIONIB · X · DL · PRAESENTIB · IN · FORO · ANT*e stat. s. s*
diui DANTVR *et* DECVRIALIBVS · SCRIBIS · CERARIS · X · XXXVIIS · LIBRARIS · X · XIIS · ITEM · LICTORIBVS · X *xxu*
L · FABIVS SP F · EVTYCHVS · LICTOR · CVRIATIVS · SCRIB*a* CER*arius*
ET · LIBRARIVS · Q · Q · COLLEGI · FABR *tig*NVAR · OSTIENS · ET · ARTORIA · EIVS · PAR*entes*

Descripsi. Vaglieri *Not. d. sc.* 1910 p. 12 sqq.

10 fin. supplevi dubitans. — 12 *Sp. f.* om. ed.

Habemus hic titulum funebrem Domitii Fabii Hermogenis; eiusdem titulus honorarius est supra n. 353. Cum tituli inter se suppleant, e re videtur utrumque hic transcribere.

n. 353

[C. Domitio L. fil(io) Pal(atina)] Fabio Hermog[eni],
equo publ(ico); scribae aedil(ium) [cur(ulium)]; dec(urioni) adlect(o); flam(ini) divi Hadri[ani], in cuius sacerdotio solus ac p[rimus ludos] scaenicos sua pecunia fecit; [aedili].
Hunc splendidissimus ordo dec[ur(ionum) fun(ere) publ(ico)] honoravit
eique statuam equestre[m sub]scriptione ob amorem et industria[m omnem?] in foro ponendam pecun(ia) publ(ica) decr[evit] inque locum eius aedil(em) substituendum [non] putavit in solacium Fabi pat[ris],
qui ob honores ei habitos (sestertium quinquaginta) m(ilia) n(ummum) [rei p(ublicae)] dedit, ex quorum usuris quincunci[bus quod] annis XIII kal(endas) Aug(ustas) die natali eius
dec[urionibus si]ngulis (denarii) V dentur et
decuri[alib(us) scribis ce]raris (denarii) XXXVIIS,
libraris (denarii) [XIIS, item]
li[ctor]ibus (denarii) XXV.

Accedit inscriptio lateris:

.... in aede Romae et Augusti placu[it] ordini decurionum praesente Fabio patre ⟨uti⟩ sportulas die natal(i) Hermogenis fili eius praesentibus in foro ante statuas ipsius dividi stipulatione interposita.

n. 4642

C. Domitio L. fil(io) Pal(atina) F[abio] Hermogeni,
e[quiti] Romano; scribae aedil(ium) curul(ium); dec(urioni) adle[ct(o)]; fl[am(ini) divi H]ad[ria]ni, in cuius sacerdotio solus ac primus lud[os scaenic]os sua p[e]cunia fecit; aedili.
Hunc splendidissimus ordo decur[ion(um) fun(ere) publ]ico hon[o]ravit
eique statuam equestrem subscriptione ob amor[em et industr]iam o[mne]m (?) in foro ponendam pecunia publica decre[v]i[t
inque l]oc[um e]ius [ae]dil(em) substituendum non putavit in solacium Fab[i pat]ris,
[qu]i ob honores [ei h]a[bi]t[o]s (sestertium quinquaginta) m(ilia) n(ummum) rei publicae dedit, ex quorum usuris quincun[ci]bus [q]uod annis XIII k[al(endas)] Aug(ustas) die natali eius
decurionib(us) (denarii quingenti quinquaginta) praesentib(us) in foro ant[e stat(uam) s(upra)] s(criptam) (?) [divi]dantur [et]
decurialibus scribis ceraris (denarii) XXXVII S,
libraris (denarii) XII S, item
lictoribus [(denarii) XXV].
L. Fabius Sp. f. Eutychus, lictor curiatius, scrib[a] cer[arius] et librarius, q(uin)q(uennalis) collegi(i) fabr(um) [tig]nuar(iorum) Ostiens(ium), et Artoria eius, par[entes].

4642, 3 in. cf. supra ad n. 4453. — 7 *o[mne]m* suppl. Vaglieri; sed dubito, num spatium tribus litteris sufficiat. — 10 inde, quod decurionibus universis Ostiensibus quingenti quinquaginta denarii (eadem summa sequitur ex n. 353 v. 12 sqq.), singulis autem quini denarii (n. 353 v. 15) dantur, concludendum est, ut observat Vaglieri, saeculo secundo ordinem Ostiensem ex centum decem decurionibus constitisse. — 11 sqq. cognoscimus nunc, cur pater mortui etiam scribis et lictoribus sportulas distribuat. Accipiunt autem scribae cerarii denarios XXXVIIS, lictores denarios XXV, scribae librarii denarios XIIS; respondent igitur inter se summae singulis ordinibus datae ut 3:2:1. Cui rationi optime convenit quod Dessau supra ad n. 346 adnotavit scribas librarios cerariis dignitate longe inferiores esse (non obstante titulo supra n. 4290).